

DE  
**INFLEXU ASTROBORUM**  
**IN ORGANICA,**  
PRAECIPUE IN HOMINEM.

---

**DISSERTATIO**  
**INAUGURALIS MEDICA**

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE MAGNIFICI

**DOMINI**

PRAESIDIS AC DIRECTORIS SPECTABILIS AC PERIL-  
LUSTRIS DOMINI DECANI NEC NON CLARISSIMORUM  
AC CELEBERRIMORUM D. D. PROFESSORUM, PRO DOC-  
TORIS MEDICINAE LAUREA RITE OBTINENDA IN ALMA  
AC CELEBERRIMA UNIVERSITATE HUNGARIAE

PUBLICAE ERUDITORUM DISQUISITIONI SUBMITTIT

*Ignatius Eduardus Glatter,*

Hungarus Pesthiensis

In Theses adnexas disputabitur in Palatio Universitatis  
die 6. Julii 1836.

---

**Pestini,**

Cypis Ludovici Landerer de Fischel

Sunt utique astrorum in haec inferiora influxus, quos velle negare magna dementia esset.

*Ramazzini Constit. epid. 1690. XXX.*

Instat itaque jam tempus, ut, contemptis deliriis astrologicis aeterna siderum systematis solaris super nostrum orbem jura, evidentissimam eorum super terrigenas potestatem, Astrologiae proinde (stricto sensu vocis) in doctrinis medicis, necessitatem vindicemus.

*Franc. ab. Hildenbrand.*

Anilmadv. in Const. morb. station. pag. 76.

Astra regunt hominem sed regit astra Deus.

## Proemium.

**C**onscribens Dissertatiunculam de relatione quae astra inter ac hominem viget, minime tentavi me speculationibus astrologicis immergere, minime studui tempus illud superstitionis resuscitare, quo sors hominis futura e conjunctione siderum inter se praejudicabatur, quo Theophrastus cui relate ad caeteros multum debemus, aliique, propriae diffidentes arti, astra ad sauvandos hominum morbos in auxilium vocare, minime in animo mihi erat astris, quae de nomine vix noscimus, effectum attribuere in morbos, quorum quam plurimorum intima natura nos latet. — Influxum tamen siderum, quorum physis nobis melius innotuit in hominem, relationes illas innumeras Macrocosmum inter et Microcosmum nostrum, phaenomena, omni sensibus praedito perceptibilia, facta, theoriam illustrantia ac confirmantia, observationesque Viro- rum Clarissimorum omnis fere aevi, exclusis iis periodi alchymisticae, in his pagellis, in quantum vires debiles admittunt, exponere, operam navabo.

Accipe ergo Lector benevole has litterarum academicarum primitias animo benevolo, respice vires tenues tironis, etsi opusculum non satisfecerit votis, voluntatem tamen vix vituperabis, conatus meos malo vix excipies animo. Vale! —

---

## § 1.

**A**ntequam relationem illam aeternam inter vitam et sidera exponam, praemittenda sunt plura, quae sympathiam hanc clarius illustrabunt; hoc perspiciens, sequentem in hisce pagellis statui ordinem. Exponenda primum erit relatio, quae Macrocosmum inter ac Microcosmum viget, universum inter ac hominem, mira illa sympathia, quae partem inter ac totum exstat, in quantum vires debiles admittent; speculationi tamen non indulgens, certas illas ac immutabiles regulas quibus homo ut pars, mundo toto obedit, ipse, effigies illius universi, easdem prodiens in parvis vires, quibus Macrocosmus in magnis gaudet. Non proin injuste credo inchoandum mihi esse ab expositione nexus illius mirandi.

Dixeram, mihi saltem influxum, siderum magis notorum exponere in votis esse, haec autem duo saltem sunt, sol videlicet et luna; sequitur igitur expositio rationis qua sol hominem tam sanum quam moribundum adficit. Sol enim jam animadvertente Aristotele qui dicit: „Sol et homo generant hominem,“ maximum et nunquam praetervidendum exerit effectum, quem exponere tentabo. Sed nec lunae, terrae nostrae satellitis comitisque fidi, influxus in nos negari potest, habito respectu phaenomenorum multorum, quae alio ac lunari influxu adscribere haud possumus. In hujus tamen thematis tractatione, ut et in aliorum expositione, castas tantum semper adducam observationes, vitando

in quantum potero theorias omnes, excludendo ut jam monui speculationes omnes, theorias falsis innixas hypothesis. — His finitis adgrediar capitulum, quo conabor demonstrare necessitatem adnotationum mutationum cunctarum cosmicarum in historiis morborum.

## § 2.

### **Macrocosmus et Microcosmus.**

Minime crassissimo adhaerens Pantheismo, totam tamen rerum Naturam spiritu Divinitatis perflatam esse omnis concedet, tantumque is negabit, qui sicce hunc inspiciens mundum, Deum, ens illud benignissimum cum suis viribus ad certum restringit limitatque locum. Hic autem loco non exstante pro disputationibus philosophicis theologicisque, intuitu physico, oculo jejuno, conclusione casta opus impendam in dilucidandas relationes hominem inter ac universum, habendo tamen respectum in repraesentantes siderum vi definita in terram agentium (Sol et luna) in systema nempe nervosum.

## § 3.

Tota Natura cum homine in tam arcto exstat nexu, ut saltem per relationem mutuam unius in aliud vita persistere possit. Corpus humanum inter omnia organica et anorganica maximum evolutionis attingit gradum, omnes inferiores in se recludens organismos, quoad formam nempe a crystallisatione, quoad functiones, a manifestationibus vitae vegetativae usque ad eas vitae animalis. Omnia tamen entia superat attributo, anima immortalis, reflexu vitae aeternae, hoc pulcherrime exprimit Goeres in Physiologia sua „die Götter können nur im bildenden Schaffen in Ihrem eigenem Ebenbilde sich gefallen.“ In natura simile tantum simili se adjungit organismo per affinita-

tem propriam, sic lux summe citissimeque diffusibile in organismo repraesentatur nervis, calor repraesentatur systemate vasorum.

#### § 4.

Processus vitalis tam in Universo, quam in organismo regitur vi unica quam Polarem dicere vellem, cujus modificationes sunt: Magnetismus, Electricitas, Galvanismus, Gravitatio, Electromagnetismus, Chemismus. Sed omnes hae vires, uti in rerum Universitate, ita et in organismo vigent, sic Digestio quid aliud quam Chemismus vi vitali modificatus? Assimilatio quid aliud quam oxydatio viribus vitae subjecta? Transpiratio quid aliud quam processus electrico-vitalis? Motus muscularis vim Galvanicam matrem agnoscit, Respiratio phlogistisationem et dephlogistisationem vitalem refert.

#### § 5.

Relatione hac exposita, restat adhuc exponere supremam vim, quae in utroque regno, organico videlicet et anorganico phaenomena dirigit, haec in organicis est vis vitalis, in anorganicis Magnetismus. Hoc elegantissime Dr. Eckstein in opere eximio \*) a Hecker laudato etsi aliis verbis exprimit: „Electricität ist die Urkraft, das Urstreben, Etwas, einen Körper hervorzubringen. In den hervorgebrachten Körpern wirkt die Elektricität noch fort, und besteht modificirt wechselseitig durch den Körper in der Erde als Magnetismus, in den Thieren als Lebenskraft. Magnetismus ist demnach Erde (besonders Metall-) Elektricität eine noch nach der That inwohnende Kraft, jedoch noch mit einem Streben den Körper, das Metall z. B. welches es bewohnt,

---

\*) Die epidemische Cholera beobachtet in Pesth 1831:

noch weiter zu vervollkommen, zu entwickeln, zu ordnen. Magnetismus und Electricität haben dieselbe Tendenz, ihr Beziehungspunkt ist Chemicismus, durch welchen dieser Veredlungs- und Ausbildungsprozeß von Statten geht. *Omni nunc mutatione in sinu terrae, in Universo occurrente, haec homo, effigies macrocosmi participare nullo modo non poterit, sicut in instrumento Musico chorda attacta altera ei homonyma sonum edit, etsi ita debilem ut ille saltem per attentissimum observatorem percipi possit.*

### §. 6.

In Magnetismo animali phoenomena, quae in individuo magnetismo secundarie affecto comparent, multo fortiora apparent, quam in magnetisante. (proportio uti 100 - 1). In magnetismo illo, qui mundum inter et hominem intercedit, contrarium locum habet, nam mutationes cosmicae in homine tunc tantum observantur, si ejus facultas recipiendi vel quantitative, vel qualitative mutata sit, aut causae (influxus) fortissime agant. — Receptivitas augetur per nervos stimuli impatientes, sic apud infantes, faeminas, senes, hysteriasi, hypochondriasi adfectos, homines systemate nervoso mobiliore praeditos. — Cum systema nervosum magnam ludat scenam in plurimis adfectionibus illius ante omnia relationem ad Macrocosmum exponere tentabimus.

Repraesentans solis in organismo humano est Cerebrum regnans totum systema Nervosum, constituens princeps centrum illius, uti sol centrum planetarum refert. Morbi varii, uti insolatio, hemicrania, aliaque mala radicata in systemate cerebri, rationem existantiae suae gerunt in vi solis, qua illa peculiariter sibi adfines systema cerebrale adgreditur, nec calor etsi intensissimus artificialis nec, lux insolationem vel hemicraniam excitabunt. Languor vitae animalis sole oc-

cubo, depressio facultatum intellectualium, absentia hilaritatis consuetae diebus obnubilatis, influxus radiorum solis multo vehementior in oculum (praecipuum cerebri atrium) quam ille candelarum etsi intensissimus pro sententia nostra pugnant.

### §. 7.

Systema gangliosum cerebro vim suam debet, ut luna lucem soli; sed prouti luna tunc tantum lucem edit, dum sol occubus non conspicitur, ita et systema gangliosum tunc maxime fungitur, dum sol cerebri non splendet, in nocte organismi nempe. Nocte enim, vita animali fere ex integro suppressa, vita vegetativa antagonistice excitatur. — Videmus exinde tempus activitatis cerebri, diei aequiparari posse, cujus noctes saltem per lunam systematis gangliosi irradiatae per solem Cerebri illuminantur. — Hippocrates ait: Vigilantem calidiores externis esse partibus, dormientem vero vice versa se habere; observatio etiam docet funera quam plurima accidere noctis tempore.

### §. 8.

Sicuti nox et dies, ita et aestas hyemsque praesentantur in organismo, quod pulcherrime cel. Reil in: Entwurf einer allgemeinen Therapie, asserit: „Was sich im Makrokosmos durch den Gegensatz des Sommers und Winters entwickelt, und bis in die Organismen hinein oscillirt, das zeigt sich in den Mikrokosmen durch den nähmliehen Gegensatz der Nervosität und Arteriosität der in ihnen selbst ist. Derselbe Gegensatz, der im Makrokosmos in kleinen und wiederkehrenden Epochen als Jahres- und Tageszeiten oscilliret (der Gegensatz des Tages und der Nacht, der individualisirenden und univalfalirenden Thätigkeit) zeigt sich auch hier, aber organischer, centraler und lebendiger.



## §. 9.

Morbus cum nihil aliud sit quam vita aliis quam deberet legibus obtemperans, quae tamen leges non vitales minime dici possunt, et suum ex universitate rerum influxum participare debet. Sit mihi fas hic amantissimi magistri Franc. Nob. ab Hildenbrand verbis uti: „Quotiescunque igitur improvisae insolitae et graves in macrocosmo accidunt conversiones, inevitabilis „crit novae epidemiae ortus, vel jam exstantis modificationis nova; atque versa vice: quotiescunque „gens character morborum popularium notabilem sortitur „variationem, vel plane nova inauspicata exurgit constitutio epidemica, de cosmica vel tellurica quadam „revolutione satis tuto arguendum.

## §. 10.

**Influxus solis in organica.**

Sol, corpus illud pulcherrimum, lucem vitamque spargens, etsi maxime distans a planeta nostro, nihilominus magnum in hunc, et cum nos nexu intimo terrae jungamur, per hunc et in nos influxum quam maximum exerit; sed non saltem mediate per terram, sed et immediate agit hocce lumen in nos. — Antequam autem adgrediar expositionem influxus illius, pauca quae ex Astronomicis de sole nota, brevissime exponam. Sol distat a terra nostra 20 usque 21 Millionibus Milliarum geographicorum; distantia ergo solis a planeta nostro, hanc lunae 40 vicibus superat; ad dilucidandam et clarius reddendam hanc nobis fere inconceptibilem distantiam, sufficiat adduxisse calculum quo demonstratur, globum tormento explosum 600 pedes intra minutum secundum emetientem, post 26 saltem annos solem attingere posse. — Massa solis hanc omnium Planetarum simul sumtorum 200 vicibus su-

perat: illa ad eam terrae comparata se habet secundum cel. Piazzl sicuti 329, 630: 1. Diameter ejus eum Terrae 112 vicibus superat, superficies 12,700 vicibus superat eam telluris. — Rotationem circa axem intra 25 dies 14 horas absolvit.

Solem fixum caeteri Planetae in eclipsi circumdant, circumque currunt, sic et terra, quae mox foco vicinior (aphelium) mox remotior (perihelium); hinc et varias cum tellure init relationes. Tempore perihelii solis radii maxime agunt calore et luce, cum minus oblique incidant in haemisphaeram septentrionalem, solque ob majorem describendum arcum, (cum citius oritur tardiusque occumbat) diutius agat, tuncque dicimus esse aestatem; tempore aphelii contra contrariis exstantibus conditionibus, hyemem habemus.

### §. 11.

Sol in organica agit luce, calore et vi adhuc indeterminata, sed per effectus, quos nec calori solo nec luci stricte appropriare possumus, conspicua. In vegetabilibus observamus nisum in lucem, sic plantae repentes altiora petunt, vel corpora lucentia versus serpunt, se ibi affigentes; plantarum suprastationarum nisus in altum crescendi, nihil aliud significat, quam eundem amorem organicorum in lucem. Flores de nocte langvescunt, claudunt folia, sese contrahunt compllicant, amittunt colorem, pallescunt, lente crescunt; vegetabilia materiam nutritivam longe pauciores eamque minores dignitatis procreabunt.

### §. 12.

Lux solis quem Arago e gas evolutum (Gaslicht) esse statuit intensissimum, specificumque pro nervis stimulum (ob praeponderans principium expansivum utriusque commune) sistit, uti id Testa (Ueber periodische

Veränderungen im menschlichen Körper) sequentibus exprimit: „den meisten Einfluß hat das Licht auf die Nerven, und das in ihnen wohnende Princip. Krankheiten wobei die Nerven leiden, greifen daher den Patienten am heftigsten an, wenn das Licht auf sie einwirkt.“ Videmus in maniacis exasperationes matutinas, quas observare mihi occasio fuit per humanitatem D. Folwarczny Medici primarii in Gyrgato Viennensi. Tempore matutino in aegris plurimis exaltatio morbi observabatur; ideo arcendo lucem, plurimum agimus hoc in morbo deprimeudo sensibilitatem. In Hydrophobia aspectus lucis vel corporum lucidorum insultum provocat. Hemicrania solaris, quae nec per lucem intensissimam artificialem excitatur, per stimulum lucis producitur. — Homines in locis luce destitutis longiori tempore existentes pallescunt, meticulosi evadunt, oriuntur morbi tam vitae animalis, debilitas muscularis, languor facultatum intellectualium. — Luce intensiore tota vita in altiorem elatur potentiam, materias procreans dignitatis altioris, sic vita vegetativa potentiata primo fibrinam copiosiore elaborat; per diu autem productam elaborationem materiae altioris dignitatis oritur dispositio in morbos hypersthenicos, rubor genarum etc. Vitae animalis exaltatio qua causa excitans agit in morborum inflammatoriorum hypersthenicorumque genesim.

### §. 13.

Calor solis quem Panilleul 12—1500° Pouillet vero 2552° Therm. Fahr. statuit, in plantarum regno perfectionem earum auget, provocando nisum in germinationem, in vegetationem fortiozem. Goerres hac occasione dicit „dort (in caldioribus) ist das Vaterland der geistigen Gewürze und Specereyen, in denen die glühende Sonne den brennbaren Aether zur höchsten Flüchtigkeit sublimirt, dort ist jene Fülle

„wohlriechender Blumen“ per defectum caloris languescunt, frigore necantur, post leviozem gradum refrigerationis, calore moderato resuscitantur vegetabilia.

#### §. 14.

In animalium regno calorem ad vitam absolute necessarium esse nullus dubitabit; sic deficiente eo exhauritur praecipue vita animalis, quae exhaustio languorem, debilitatem muscularem, somnolentiam, mortem provocat. — Calor auctus vitam praecipue irritabilem, sicuti lux sensiferam adgreditur, circulum augendo, et per hunc transpirationem, dispositionem causamque ponendo excitantem pro affectionibus hypersthenicis, affectionesque hae ut in vitam vegetativam non influant concipere vix possumus.

#### §. 15.

Sed praeter calorem ac lucem immediate agentes, Sol et mediate agit in organismum, effectibus quidem certis, sed minus determinatis, sic per electricitatem, evaporationem aquarum, per alimenta (quae producere summe juvat), mutata pro diverso situ illius, per oxygenium, quae ennumerata in totum corpus, imprimis tamen in systema nervosum agunt, cum revera magna sit analogia inter antea memoratum et biogalvanicum nervorum processum. Huc referenda sunt verba Troxleri (Grundriß der Theorie der Medizin) „die psychische und physische Seite, welche uns die Wahrnehmungen an uns selbst nachweist, ist nur eine Aeußerung des relativen Ueberwiegens der Principien des Lichtes und der Schwere an ihrer das Ganze durchlaufenden Einheit, es ist ein Leben welches dort sich anschaut, und in der Aussenwelt spiegelt, und welches sich hier bildet, und gegen das Aeußere bewegt; nur darum ist es so innig verknüpft gegenseitig bedingt, und selbst in seiner Relation periodisch im

„Wachen und Schlafen wechselnd, und so wie das ganze Leben im Umlauf um die ganze Erde so dieser Wechsel im Umschwingung um die eigene Achse.“

### §. 16.

Nomine eclipseos solis venit obscuratio solis quae vel est: 1) interlunaris orta per intercedentem lunam solis radios interpellentem, a certis dependens regulis, ingressus, duratio et finis acuratissime praedici valent. Duratio non ultra 6 et  $\frac{1}{2}$  horam, extensio non ultra 30  $\square$  mill. geogr. Eclipsis illa sicuti et omnis alia erit vel partialis vel totalis; vel 2) Meteorica quae originem debet jam vaporibus in altis atmosphaerae nostrae efformatis, jam massae cometicae orbitam systematis solaris ingressae. Alia meteorica eam saepe comitantur phaenomena, mutatio coloris solis. Ingressus, duratio, finis, extensio, variis causis mere accidentalibus cum dependeant, a certis regulis non dependent, ideoque determinari non possunt, vel 3) Heliospiloten (sol-maculosus) ortum debens languori radiorum lucis, causa in ipso sole contingente. Causa: maculae solis, quae juxta cel. Herschel sunt lacunae in photosphaera solis, per quas opacus ejus nucleus interlucet. Ingressus, duratio, finis, extensio incerta.

### §. 17.

Habita ratione dignitatis solis, mutatio quam obscuratio et absentia ejus in hominem producere debet, dubia non erit, sic jure concludi potest aegros debilitate, atonia, febribus affectos, qui morbi noctis tempore exasperantur emendationem suam soli debere. — Eclipses autem praeter detractionem lucis et caloris, alia adhuc nondum perspecta ratione agunt in vivum sic in Atmosphaera mutationes contingere jure credimus, sic durante eclipsi solis 22 Maji 1724 Lutetiae, thermometros debiscere visum est, sic et ecl. Hilden-

brand adnotat se observasse die 7. Sept. 1820 depressionem mercurii, ei effectus alii adhuc minus perspecti debentur, sic Virey loquendo de eclipsi die 7. Sept. 1820 dicit: „Les éclipses de soleil, les totales „surtout produisent de singulières impressions sur toutes „les créatures, qui se sentent, tout à coup privées du „grand stimulant de la vie, de la lumière.“ — Timor ille Americanorum tempore eclipsis, terror anno 1764 tempore eclipseos in Gallia visa, quo populus perflatus templa confugit; maxima ex parte superstitioni debetur, quae tamen fontem alium vix agnoscit, quam observationes, quibus innotuit morbos pestilenciales insequi eclipses; sic legitur apud Thucydidem (de Bello pelloponesiaco) „et solis defectiones, quae frequentiores „acciderunt, quam unquam ante memorata fuerunt, et „apud nonnullos magnae siccitates, et fames ex ipsis nate et pestilens morbus, qui Graeciam non minus detrimento adfecit.“ Plinius loquitur in Historia natur. de morbo pestilenciali ex obscuratione solis contracto, quod et Hippocrates probat. Anno 684 p. Chr. n. eclipsin solis secuta est pestis, Angliam, Hiberniamque devastans. Anno 1003 idem phenomenon morbum eundem Saxoniae; anno 1021 Italiae, anno 1039 Germaniae, 1206 Hispaniae; 1239 in tota fere Europa sequi videbatur testante Schedel, Crusio et aliis; idem annis 1406, 1408, 1473 observabatur teste Pilgram. Anno 1547 Eclipsim per triduum durantem visam in Germania, Gallia, Britannia sequebatur pestis gravissima testante Schnurrer.

### §. 18.

Non saltem morbi pestilenciales sed et alterius generis causam quaerunt in mutationibus cum eclipsi cohaerentibus, sic Ballonius narrat aegram toto tempore quo eclipsis duravit gravissime adfectam fuisse. Idem auctor subjungit: „Mense Decembris (1573) dicebant solem

„novum jam cursum instituere, lunam et solem ita affici  
 „ut eclipsis contingeret: incredibiles, ingentes et vix  
 „audita in aegris mutationes apparuerunt. Corpora sana  
 „paene languebant, jamjam repente et sine causa mani-  
 „festa, quasi quodam agente daemonio agere videbantur  
 „animam, et nos qui nihil tale in coelo fieri auguramur,  
 „tantae tamque subitae causae mutationis mirabamur. —  
 „Nunquam eredissem tantas turbas et mutationes exci-  
 „tari in istis solis et lunae et coeli affectionibus. Convul-  
 „siones repente incidentes, deliria et praeter rationem  
 „novae et repentinae in morbis mutationes ea nocte sa-  
 „tis fidem fecerunt.“ — Ramazzini durante eclipsi solis  
 1706 in se hemicraniae habitualis exacerbationem, et  
 tam in se, quam in plurimis aegris pulsum inordinatum  
 atque agitatam observavit. — Vallisnerus expertus est  
 tunc temporis in se reconvascente virium langvorem,  
 convulsiones, artuum tremores. Lichtenberg fatetur se  
 ipsum, aliaque individua tempore eclipsis (5ta Sept.  
 1793) male valuisse. Faber narrat virum melancholicum  
 momento eclipsos in furiam actum fuisse. Durante  
 eclipsi meteorica et heliospiloti nullos observamus effe-  
 ctus praeter eos deficientis lucis, et imminuti caloris;  
 in eclipsi vero lunari ob diversum et peculiarem side-  
 rum ad se invicem positionem, praeter nunc enarrata  
 adhuc ea phaenomena in lucem eduntur, quorum ortus  
 vi adhuc indeterminatae debetur.

## §. 19.

### Influxus Lunae.

Luna satelles terrae nostrae, fidus illius comes,  
 omnium planetarum nobis maxime vicinus, maxime etiam  
 in hominem tam sanum quam morbosum influit. Quoad  
 astronomica, plura de luna innotuere, quam de omni-  
 bus aliis astris, ob minorem distantiam. Maximas au-  
 tem gratias debemus cel. Viris Herschel, Gruithuisen,

Schröter, qui observationes castas publici juris fecere. Multa tamen relata sunt de aliis phoenomena veritati minime innixa. Sic primo in Brewster novalibus scientificis New-Yorkii, mox in collectionibus philosophicis Edinburgae, aliisque novis comparuere observationes, sub nomine cel. Herschel, quibus innotuerunt detectiones maxime mirandae, sic vidit detector saxa e Basalto efformata, observavit vegetabile simillimum papaveri rosas. arbores altissimas, sylvas; animalia ex genere bovis, gibbo ornata, cauda simillima caudae bovis grunnientis. Observavit porro tam in istis, quam in omnibus quadrupedis lunaticis, larvam carnosam supra orbitas; animalia alia gregatim pascentia capris simillima, aves varii generis, sic numeravit observator 5 paria animalium oviparorum, arborum 38 genera, pisces, conchilia, tandem homines alatos. — Hae detectiones maximam excitarunt attentionem, donec Arago Parisiis suspicaverit et quidem justissime nomen Herschell hoc in casu saltem usurpatum, totamque relationem mendacium esse, quae suspicio etiam comprobata est.

### §. 20.

Luna nobis ut jam diximus vicinissimus planeta 51,570 saltem a tellure distat milliariibus geogr. Diameter ejus ad eum terrae se habet, uti 1 : 11; superficies terrae ad eam lunae uti 14 : 1; volumen uti 50 : 1. — Triplicem habet motum, primo circa axim, secundo circa terram, tertio circa solem cum terra. Rotationem circa axim in 27 horis et 20 min.', eam circa terram in 27 diebus 7 horis, 43 min' et 5 min'', celeritas cursus est ea, ut in min'' percurrat 3132 pedes parisienses.

Phases lunae, quae 4 existant, a diversa solis ad lunam statione dependent. Novilunium et plenilunium Syzigia audiunt, alia duo stadia quadraturae. — Maculae multae observantur in hocce planeta et oculo ne-



do; oculo tamen armato maculas has Schroeter investigans, descripsit eas regiones, montes vallesque esse statuens, unum e montibus mensurans eum Hymelaya altiore inveniit, 25,000 pedes parisienses altum. Maculae hodie ultra 6000 numerantur.

### §. 21.

Influxus lunae variis debetur causis; minime agit calore, quem tamen Howard detexisse voluit, Prevost vero negat vim calefacientem radiorum lunae. Luce plus agens luna, in nautis, qui facie versus eam versa dormire, juxta cel. Reil impatientiam lucis solaris produxit. Juxta eundem autorem infantes tempore plenilunii inquietissime dormiunt. In producta chemica lux lunae etsi concentratissima vix agit. — Gravitatione producit fluxum et refluxum aquarum per Newton apodictica certitudine evictum, sed non saltem aquas magis inertes sed et aerem magis elasticum hac gravitatione affici nemo prudens unquam negabit, ut et electricitatem ejus. Mutatio autem aëris praecipue ad littora occurrens, a littoralibus observatur statim post transitum lunae per meridianum, cum aër elasticissimus attractioni facillime obediatur et aqua inertior post 3 horas saltem motum participet, qui bis per diem observatur, sic, ut 2 fluxus et 2 refluxus quotidie videantur, quorum quilibet per 6 horas durat. Aqua ab oriente occidentem versus affluit, ab occidente orientem versus defluens, periodus haec omni die 49 min. tardius ingruit, cum luna omni die 49 min. tardius meridianum transgrediatur.

Alium autem influxum minus determinatum ut exerceat testantur Aristoteles, Plinius. Piso, qui observarunt plurimos mortis casus, recessu maris accidere. — Luna et in tempestatem agit, sic mutatis phasibus saepissime et mutatur tempestat; fors etiam per vires agit hic satelles in atmosphaeram, qui nullo in nevu exstant cum

luce et attractione sua, sic Howard detexit Mercurium in Barometro tempore lunae decrequentis et quadraturae ultimae ascendere, tempore vero lunae crescentis et plenilunii dehiscere.

### §. 23.

Lunae mutationes in organismo sano etiam conspiciuntur; sic menstruationem periodicam illam menstrue revenientem haemorrhagiam typum suum in luna fundatum habere, nemo dubitabit sic ait Walther: „Alles, was steht die Menstruation unter dem Einflusse des Mondes; die meisten Frauenzimmer werden gegen das Neulicht hin menstruiert.“

### §. 24.

Sicuti sol systema cerebrale, vitae animali praepositum ita luna illud gangliorum; vitae vegetativae organon principale regnat, praecipue vero plexum Solarem, coenestheseos fundamentum. Cerebro dormiente ganglia vigilant, vivuntque vitam, quae in statu sauo mere vegetativa sola inferioris ordinis est, cum somnus nihil aliud sit, quam vita ad minorem dignitatis gradum reducta, si nunc intensitas somni augeatur ea gradum attinget minori status vigilis similis, intensitate adhuc magis aucta eam aequabit vel ex parte plane superabit. Organis sensuum deficientibus vita vegetativa conabitur resarcire per auctam activitatem gangliorum, quae conspicua erit per coenesthesim multum exaltatam sic, ut haec sensus alios suppleat, sic ut somnambulantibus non oculis sed sensu indeterminato videant, non auribus audiant, non lingua gustent, sed coenesthesi has functiones perficiant.

### §. 24.

Instrumenta maxime sensilia sunt nervi, quae sensibilitas acuitur adhuc per morbosum statum eorum; sic

epilepsia, mania, spasmi, febres intermittentes, helminthiasis, hydrops, rheumatismus, arthritis, hemi-crania, hysteriasis. Galenus loquitur de influxu phasium in crises. Ex his morbis praecipue illi influxum sentiunt lunae, qui radican- tur in systemate ganglioso, rationemque typi in typo variante lunae gerunt; sic febres intermittentes (praecipue in Antillis tempore Syzigiorum plurimae oriuntur et convalescentes ex ea in re- cidivas tunc incidunt) Moseley fatetur feбри affectos in tropicis capite quam maxime affici tempore Syzigiorum. Taenia luna decrescente facilius pellitur. Mead nevroses plures adnotat cum diversis lunae phasibus constanter mutatas. Struma remediis idoneis luna decrescente facillime resolvitur; morbi complures, uti herpes, in Guiana, Rosa asturiensis (Casal) Ulcera pedum in India orientali, tumores ossium a variis lunae phasibus nunc emendationem, nunc exacerbationem experiuntur.

#### §. 25.

Nomine eclipses lunae venit illa ejus obscuratio, quae ortum debet situ terrae, quae tali intercedit inter eam et solem ratione, ut ei lux phoebi adimatur. Eclipses possunt esse totales, et hae vel tempore longiore durantes (maxima duratio  $1\frac{3}{4}$  horae) vel momento durantes, aut partiales. Eclipsis saltem plenilunii tempore oriri potest. Effectum in organismum exerere et illas eclipses patet ex relationibus tam antiquorum, quam et recentiorum: sic Diemerbroek et Ramazzini annis 1636, 1692, 1693, 94 morbi pestilentialis originem cum eclipsibus lunaribus coincidisse observarunt. Febribus affecti tempore eclipsis lunaris 21. Jan. 1693 quam plurimi occubuerunt.

#### §. 26.

Exposito influxu astrorum principalium in salutem humanam neminem latebit eorum vis, nunc sanitatem

promovens, nunc eam perturbans. Generali effectu noto, restaret adhuc peculiarem cujusvis astri in peculiarem morbum influxum explicare, hoc autem ob defectum observationum adhuc non valemus. — Auderem igitur proponere methodum, qua juvante eruere forsitan ac plus quam forsitan possemus, illud hucusque indeterminatum. — Scopum hunc assequi optime possemus conjunctione Astronomiae cum studio medico; ex Astronomia enim innotescit diversus status siderum inter se, talis qualis ante mille et mille fuerat, talis qualis post innumeros erit annos; ex libris autem tam medicis, quam et non medicis innotescunt lues, anni in quibus hae conspiciebantur, natura earum, duratio, remedia optimo successu adhibita. Si nunc instituerentur investigationes, quomodo astra se habuerint in annis istis ominosis, fors aliqua concordantia inter aequalem situm siderum, morbosque facie simili instructos inveniri posset, quae ulterius investigata forte resultata aliqua certa praestare valerent. Hoc jam Hippocrates suspicasse videtur dicens: „ad artem medicam astronomiam ipsam non minimum sed plurimum potius conferre.“ Notis enim regulis in astris fundatis, quibus obtemperant morbi pestilentiales epidemici, poterimus juste concludere, noto situ siderum futuro ad morbos futuros, et noto remedio, quod similibus sub circumstantiis morbo medebatur, morbus imminens minus terribilis erit. — In omni praeterea Historia morbi adnotari deberet adminimum status siderum principalium, ventus, praecipue autem tempestas. Liceat mihi hic verba Doct. Meyer Brückenburgii habitantis adterre, quae in *Hufeland's Journal* 1831 August-Heft pag. 69 leguntur.: „Was von sehr vielen Aerzten bei Führung ihrer Journale, von den Meisten, bei öffentlichen Mittheilungen merkwürdiger Krankheitsfälle vernachlässigt wird, ist die Zugabe genauer synchronostischer Witterungstabellen — — — die Witterung wirkt

„auf Gesunde und Kranke, je gesunder der Mensch  
 „desto unabhängiger, je kränker desto abhängiger ist  
 „oder fühlt er sich — — — Ich habe es wenigstens  
 „immer als ein sehr günstiges Zeichen ansehen dür-  
 „fen, sobald bei Reconvalescenten die Empfindlich-  
 „keit wegen Wetterwechsel sich zu verlieren anfing.  
 „— — — Der Kranke sympathisirt mit dem Wetter  
 „— er fühlt sich nicht nur während, sondern auch  
 „vor der Wettercrise, entweder nur zeitlang, aus-  
 „nehmend wohl, bevor sein Zustand sich verschlim-  
 „mert, — oder umgekehrt. — — — Auch auf die  
 „Wirkungsweise der Arzneimittel haben wir den  
 „Einfluß der Witterung sorgfältig zu berücksichtigen.  
 „— — was heute hilft bei SW. Wind, hilft mor-  
 „gen bei NW. nicht mehr; heute behandle ich den  
 „Zahnschmerz glücklicher mit örtlichen Blutentzie-  
 „hungen, Fußbädern, gelinden Abführmitteln; mor-  
 „gen mit Vesicantien, Kräuterkissen, schweißtreiben-  
 „den Mitteln — und Uebermorgen bei S. oder SD.  
 „ist der Schmerz von selbst gewichen ohne alle  
 „Mittel. — — — Allgemeine Naturwissenschaft  
 „Die Atmosphaerologie in ihren Beziehungen auf or-  
 „ganisches Leben, auf Gesundheit und Krankheit,  
 „bewahrt uns am sichersten vor jeder Einseitigkeit  
 „bei Feststellung unserer Erfahrungssätze.“

---

## Litteratura.

Gehler Physikalisches Wörterbuch.

Kieser Archiv für den thierischen Magnetismus.

Schröter Selenographische Fragmente zur genaueren Kenntniß der Mondfläche.

Annales de Chemie et Physique.

Hoffmann Dissertatio de astrorum in corpus humanum influxu.

Reil Entwurf einer Therapie.

Schnurrer Materialien zu einer allgemeinen Naturlehre der Epidemien.

Hildenbrand animadversiones in constitutionem morb. stationariam.

Testa Ueber periodische Veränderungen im menschlichen Körper.

Harles Constitutio stationaria.

## **Theses.**

1. **Medicina universam amplectitur naturam ;**
2. **ideo Medicum scientia Naturae ornatum esse oportet.**
3. **Hinc eum nec Astronomia carere posse intelligitur.**
4. **Optimum saepe remedium abstinere a remedio.**
5. **Phthisis organorum respirationis non raro per vapores inhalatos sanatur.**
6. **Reconvalescentes methodo homoeopathica, imprimis diaeta imaginationeque sanati sunt.**
8. **Methodus expectativa saepe optima.**
9. **Magnus animi affectuum in corpus influxus.**
10. **Revoluciones cosmicae reflectunt in hominem.**

